40773

OFICIO DE LA PVRISSIMA E IMMACVLADA CONCEPCION DE LA VIRGEN Santiſsima, muy acepto a la miſma Virgen.

Reuelado por nueſtra Señora a ſu gran ſieruo, y deuoto, el Hermano Alonſo Rodriguez de la Compañia de IESVS.

Con licencia del Ordinario.

Impreſſo en Lima: *Por Geronimo de Contreras.*
Año de 1634.

RPJCB

EL VENERABLE Hermano Alonso Rodriguez, Religioso de la Compañia de IESVS, que viuiò, y muriò en Mallorca con nombre de esclarecidas virtudes, y gran fama de santidad; fue singularmente deuoto dela Sacratisima Virgen MARIA; y estando vn dia en oracion en su presencia, le mandò esta gran Señora, que escriuiesse las deuociones, y oraciones que le rezaua cada dia, porque le eran muy agradables; y escusandose de hazerlo el humilde Hermano con santo encogimiento, se lo boluiò a mandar la Santisima Virgen; y el, obedeciendo luego, apuntò sus deuociones, y entre

ellas la que aqui và de el Oficio
de la Purisima Concepcion,
que es como se
sigue.

OFFI.

OFFICIVM IN CONCEPTIONE Immaculatæ Beatissimæ Virginis Mariæ.

AD MATVTINVM.

EIA mea labia nunc annuntiate. Laudes, & præconia Virginis Beatæ.
Domina in adiutoriũ meum intẽde
Me de manu hostiũ potẽter defẽde.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc semper, & in sæcula sæculorũ, Amẽ.

HYMNVS.

SAlue mundi Domina.
Cœlorum Regina.
Salue virgo virginum.

Stella matutina.
Salue plena gratiæ.
Clara lux diuina.
Mundi in auxilium.
Domina festina.
Ab æterno Dominus.
Te præ ordinauit.
Matrem Vnigeniti.
Verbi quo creauit.
Terram, Pontum Aethera.
Te pulchram ornauit.
Sibi Sponsam inqua.
Adam non peccauit.

Vers. Elegit eam Deus, & prælegit eam.

Resp. In tabernaculo suo habitare fecit eam.

Domina exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.

ORE-

OREMVS:

SAncta Maria Regina cœlorum Mater Domini nostri IESV Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis. Respice me Domina clementer oculis pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniá peccatorum, vt qui nunc tuam Sanctam Conceptionem deuoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis brauium capiam, ipso quem virgo peperisti donante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Sancto Spiritu viuit, & regnat in Trinitate perfecta Deus in sæcula sæculorum, Amen.

Domina exaudi oratione meá, &c.
Benedicamus Domino. Deo gratias.
Et Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescát in pace. Amé.

AD PRIMAM:

Domina in adiutorium meũ intéde.
Me de manu hostium potenter defende.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc semper, & in sæcula sæculorũ, Amé.

HYMNVS.

SAlue Virgo sapiens,
Domus Deo dicata,
Columna septemplici,
Mensaque exornata,
Ab omni contagio,

Mundi

Mundi præseruata,
Ante sancta in vtero,
Parentis, quam nata.
Tu mater viuentium,
Et porta es sanctorum,
Noua Stella Iacob,
Domina Angelorum
Zabulo terribilis,
Acies castrorum.
Portus, & refugium,
Sis Christianorum.

Vers. Ipse creauit illam in Spiritu Sancto.

Resp. Et effudit illam semper omnia opera sua.

Domina exaudi orationẽ meã, &c.

OREMVS.

SAncta Maria Regina cœlorum Mater Domini nostri IESV Christi,

ti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis. Respice me Domina clementer oculis pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cũctorum veniam peccatorum, vt qui nunc tuam Sanctam Cõceptionem deuoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis brauium capiam, ipso quem virgo peperisti donante Domino nostro IESV Christo, qui cum Patre, & Sancto Spiritu viuit, & regnat in Trinitate perfecta Deus in sæcula sæculorum, Amen.

¶ Vt supra ad matutinum, & sic dicitur, ad omnes Horas.

AT TERTIAM.

Domina in adiutorium meum intende.

de. Me de manu hostium potenter defende. Gloria Patri, &c.

HYMNVS.

SAlue Arca fœderis,
Thronus Salomonis.
Arcus pulcher Aetheris,
Rubus visionis,
Virga frondens germinis.
Vellus Gedeonis.
Porta clausa Numinis,
Fauusque Samsonis.
Decebar tam nobilem,
Natum præcauere,
Ab originali,
Labe matris Euæ,
Almam quam elegerat.
Genitricem vere,
Nulli prorsus sinens,
Culpæ subiacere.

Vers.

Vers. Ego in altissimis habito.
Resp. Et Thronus meus in columna nubis.
Domina exaudi, &c.

OREMVS.

SAncta Maria Regina cœlorum Mater Domini nostri IESV Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis. Respice me Domina clementer oculis pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum, vt qui nunc tuam Sanctam Conceptionem deuoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis brauium capiam, ipso quem virgo peperisti donante Domino nostro IESV Christo, qui cum Patre, & San-

Sancto Spiritu viuit, & regnat in Tri nitate perfecta Deus in ſæcula ſæcu-lorum, Amen.

Ad Sextam.

Domina in adiutorium meú intéde.
Me de manu hoſtiũ potéter defende.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnvs:

SAlue virgo puerpera,
Templum Trinitatis,
Angelorum gaudium,
Cella puritatis,
Solamen mœrentium,
Hortus voluptatis,
Palma Patientiæ,

Ce-

Cedrus castitatis,
Terra es benedicta,
Et Sacerdotalis,
Sancta, & immunis,
Culpæ originalis,
Ciuitas Altissimi,
Porta Orientalis,
In te est omnis gratia.
Virgo singularis.

Vers. Sicut lilium inter spinas.
Resp. Sic amica mea inter filias Adæ.
Domina exaudi, &c.

OREMVS.

SAncta Maria Regina cœlorum Mater Domini nostri IESV Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis. Respice me Domina clementer oculis pietatis,

pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum, vt qui nunc tuam Sanctam Conceptionem deuoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis brauium capiam, ipso quem virgo peperisti donante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Sancto Spiritu viuit, & regnat in Trinitate perfecta Deus in sæcula sæculorum, Amen.

AD NONAM.

Domina in adiutorium meũ intẽde.
Me de manu hostiũ potẽter defende.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritu, &c.

HYMNVS.

SAlue vrbs refugij.
Turrisque munita,

Da-

Dauid propugnaculis,
Armisque insignita,
In conceptione,
Charitate ignita,
Draconis potestas,
Est á te contrita,
O mulier fortis,
Et inuicta Iudith,
Pulchra Abisag virgo,
Verum fouens Dauid.
Rachel curatorem,
Ægypti gestauit,
Saluatorem mundi,
Maria portauit.

Vers. Tota pulchra es amica mea.

Res. Et macula originalis nunquam fuit in te.

Domina exaudi orationem meam, &c.

ORE-

OREMVS.

SAncta Maria Regina cœlorum Mater Domini noſtri IESV Chriſti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis. Reſpice me Domina clementer oculis pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum, vt qui nunc tuam Sanctam Conceptionem deuoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis brauium capiam, ipſo quem virgo peperiſti donante Domino noſtro IESV Chriſto, qui cum Patre, & Sancto Spiritu viuit, & regnat in Trinitate perfecta Deus in ſæcula ſæculorum, Amen.

Ad Vesperas.

Domina in adiutorium meũ intẽde.
Me de manu hostiũ potẽter defende.
oria Patri, & Filio, & Spiritui San-
). Sicut erat in principio, & nunc
per, & in sæcula sæculorũ. Amẽ.

Hymnvs:

SAlue horologium,
Quo retro gradiatur,
Sol in decem lineis.
Verbum incarnatur,
Homo, vter ab inis,
Ad summa attollatur,
Immensus ab Angelis.
Paulo minoratur,
Solis huius Radijs,

Maria

Maria coruſcat,
Conſurgens Aurora,
In conceptu micat,
Lilium inter ſpinas,
Quæ ſerpentis conterat
Caput, Pulchra, vt Luna,
Errantes colluſtrat.

Verſ. Ego feci in cœlis vt oriretur lumen indeficiens.

Reſp. Et quaſi nebula texi omnem terram.

Domina exaudi, &c.

ORATIO.

SAncta Maria Regina cœlorum Mater Domini noſtri IESV Chriſti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis. Reſ-

pice me Domina clementer oculis pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum, vt qui nunc tuam Sanctam Conceptionem deuoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis brauium capiam, ipso quem virgo peperisti donante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Sancto Spiritu viuit, & regnat in Trinitate perfecta Deus in sæcula sæculorum, Amen.

AD COMPLETORIVM.

Conuertat nos Domina tuis precibus placatus Iesus Christus Filius tuus.

Et diuertat iram suam á nobis.

Do-

Dominà inadiutoriũ meum intẽde.
Me de manu hoſtiũ potẽter defẽde.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui San-
cto. Sicut erat in principio, & nunc
ſemper, & in ſæcula ſæculorũ, Amẽ.

HYMNVS.

SAlue Virgo florens,
Mater illibata,
Regina clementiæ,
Stellis coronata,
Supra omnes Angelos.
Pura immaculata,
Atque ad Regis dexteram
Stans veſte de aurata.
Per te Mater gratiæ,
Dulcis ſpes reorum,
Fulgens ſtella maris,

Portus naufragorum,
Patens cœli ianua,
Salus infirmorum,
Videamus Regem,
In aula sanctorum, Amen.

Vers. Oleum effusum Maria nomen tuum.

Resp. Serui tui dilexerunt te nimis.

Domina exaudi orationem meam, &c.

ORATIO.

SAncta Maria Regina cœlorum Mater Domini nostri Iesu Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis. Respice me Domina clementer oculis pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam pec-

peccatorum, vt qui nunc tuam San-
ctam Conceptionem deuoto affectu
recolo, æternæ in futurum beatitudi-
nis brauium capiam, ipso quem vir-
go peperisti donante Domino nos-
tro Iesu Christo, qui cum Patre, &
Sancto Spiritu viuit, & regnat in Tri-
nitate perfecta Deus in sæcula sæcu-
lorum, Amen.

Commendatio.

Supplices offerimus,
Tibi virgo pia,
Has horas canonicas,
Fac nos, vt in via,
Ducas cursu prospero,
Et in agonia,
Tu nobis assiste,

O dulcis MARIA.
Amen. Deo gratias.

Paulo V. concediò cien años de indulgencia, a los que rezaſſen eſta Antifona con ſu oracion.

Aña. Hæc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

Verſ. In Conceptione tua Virgo immaculata fuiſti.

Reſp. Ora pro nobis Patrem cuius Filium peperiſti.

OREMVS.

DEus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem, dignum Filio

Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, vt sicut ex morte eiusdem Filij tui præuisa, eam ab omni labe præseruasti, ita nos quoq; mundos eius intercessione ad te peruenire cõcedas. Per eundem Dominum, &c.

LETANIA.

KYrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus. Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus. Miserere nobis.

San-

Sanctæ Trinitas vnus Deus. Miserere nobis.

S. Maria. Ora pro nobis.

S. Dei Genitrix. Ora pro nobis.

S. Virgo Virginum. Ora pro nobis.

Mater Christi. Ora.

Mater Diuinæ gratiæ. Ora.

Mater Purissima. Ora.

Mater Castissima. Ora.

Mater inuiolata. Ora.

Mater Intemerata. Ora.

Mater Amabilis. Ora.

Mater Admirabilis. Ora.

Mater Creatoris. Ora.

Mater Saluatoris. Ora.

Virgo Prudentissima. Ora.

Virgo Veneranda. Ora.

Virgo Prædicanda. Ora.

Virgo

Virgo Potens. Ora.
Virgo Clemens. Ora.
Virgo Fidelis. Ora.
Speculum Iuſtitiæ. Ora.
Sedes Sapientiæ. Ora.
Cauſa noſtræ lætitiæ. Ora.
Vas ſpirituale. Ora.
Vas Honorabile. Ora.
Vas inſigne deuotionis. Ora.
Roſa Myſtica. Ora.
Turris Dauidica. Ora.
Turris Eburnea. Ora.
Domus aurea. Ora.
Fœderis Arca. Ora.
Ianua Cœli. Ora.
Stella Matutina. Ora.
Salus infirmorum. Ora.
Refugium peccatorum. Ora.
Conſolatrix afflictorum. ora.

Au-

Auxilium Christianorum. ora.
Regina Angelorum. ora.
Regina Patriarcharum. ora.
Regina Prophetarum. ora.
Regina Apostolorum. ora.
Regina Martyrum. ora.
Regina Confessorum. ora.
Regina Virginum. ora.
Regina Sanctorum omnium. ora.
Vers. Angelus Domini nuntiauit Mariæ.
Resp. Et concepit de Spiritu Sancto.

OREMVS.

GRatiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, vt qui, Angelo nuntiante Christi Filij tui Incarnationem cognouimus, per

paſsionem eius, & Crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chriſtum, &c.

MODO DE OFRECERSE por deuoto, y eſclauo de la Santiſsima Virgen.

SAntiſsima Virgo Mater Dei Maria Ego N. licet vndecumque famulatu tuo indigniſsimus, fretus tamen benignitate tua admirabili, & impulſus tibi ſeruiendi deſiderio; coram cœleſti curia vniuerſa, te hodie in Dominam, Aduocatam, ac Matrem, peculiari ratione eligo; firmiterq; ſtatuo, ac propono, me tibi ex hoc tempore ſemper obtemperaturum ac fideliter famulaturum; atq; vt

ab

ab alijs quoq; tibi seruiatur, pro viribus meis effecturum. obsecro te igitur pijssima Mater, per Filij tui, quem pro me effudit, sanguinem, vt me in numerum tuorum deuotorum adscribas, in seruum perpetuum suscipias; adsis mihi in actionibus meis, gratiamq; mihi impetres à Filio tuo, vt ita in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus me geram, vt nihil vnquam sim tuos, Filijq; tui oculos offensurus: ac memor sis mei, nec me deseras in hora mortis meæ.

Amen.

CLE-

CLEMENTE III. CONcediò indulgencia plenaria, a quiẽ ſaludaſſe a la Santiſsima Virgen conesta ſalutacion, y vn Pater noſter, y Aue Maria.

Aue Filia Dei Patris.
Aue Mater Dei Filij.
Aue Sponſa Spiritus Sancti.
Aue templum totius Trinitatis.

LAVS DEO.

BA634
R696d